

scopum principem fore testantur imperii, quod usque ad istum episcopum antiquitas transmisit, sed in isto deperiit.] Sane dominus Daniel adeptus episcopatum multas inuenit contradictiones, maxime a quadam Arnaldo, preposito tunc Sacensem et canonico Pragense, qui contra eum Rome agens compulit subire peregrina iudicia et diuersa, primo quidem Magdeburgensis et Salzburgensis archiepiscoporum, illius in Halla, alterius in diuersis locis, postea Patauiensis et Ratisponensis episcoporum, similiter et sui metropolitani Magunciae archiepiscopi, deinde multarum mediocrius personarum, quas breuitatis causa pretero. Postremo coagit eum ire Romam, in quo itinere et in quibus itineribus, quantam expenderit pecuniam, pro qua conquirenda, quae uel qualia episcopatui fecerit dispendia, manet inexplicabile¹⁾). Taceo de canonicis Bononie mortuis, qui ob fauorem eius se ipsos obligarant pro pecunia, quae statim concepit et peperit usuram, lucrum et fenus usque in inmensum. Durauit autem hec quassatio fere per quinquennium inter episcopum et memoratum Arnoldum, cui postquam satisfactum est, tum de prepositura, tum etiam de rebus ablatis, deinceps ambo confederati sunt et ecclesia dei quieuit. Reliqua operum eius et dierum non fuit necesse scribere. Tantum parcat ei deus et requiescat in pace, amen. — Computantur autem ab electione ipsius usque ad diem mortis sue anni sedicim et semis. Sed de his hactenus satis. Porro, sicut supra dictum est, Wlad[izlaus] subleuatus in ducem regnauit ab octauis sancti Viti²⁾ usque ad festum sancti Nicolai³⁾). Interea mortuo imperatore in Apulia Henrico⁴⁾, dominus Primisl et sui fautores, uidelicet Scirnin et alii multi eius morte comperta procedunt⁵⁾ uersus Pragam armati, [parati aut mori, aut obtinere panem sibi, et domino suo Primisl principatum.] Quorum in occursum progressus Wladizlaus dux cum episcopo suo, cum abbatibus et aliis boni consilii uiris, licet haberet incomparabilem miliciam, cessit tamen hinc propter bonum pacis, inde propter affectum germanitatis, et confederatus est germano suo sub tali forma compositionis, ut ambo pariter, ille in Morauia, iste in

co s timto za své vzalo. Zajisté pan Daniel dosáhnuv biskupství s mnohým potkal se odporem, zejmena od jistého Arnolda, probošta tehdáž sadského a kanovníka pražského, který na něho v Římě žaloval a jej přinutil, že stavěti se musil k soudům cizím a různým, nejprve totiž magdeburkského a salepurského arcibiskupů, onoho v Halách, druhého na rozličných místech, poté biskupů pasovského a řezenského, podobně také svého metropolitana mohučského arcibiskupa, pak mnohých prostředních osob, kterých pro stručnost pomíjím. Posléze přinutil jej jiti do Říma, na kteréžto cestě a na kteréžto cestách jaké vydal penize, na jichž uhražení které nebo jaké biskupství spůsobil útraty, nelze vypověditi. Mlčím o kanovnicích v Bononii zemřelých, kteří pro přízeň jeho sebe samy dali v rukojemství za penize, které hned spůsobily a v záptěti měly nesmirný úrok, zisk a lichvu až do nekonečna. Trval pak tento rozkol téměř po pět let mezi biskupem a zmíněným Arnoldem, jemuž když bylo se dostalo zadostučinění, jak za proboštství, tak též za věci odňaté, posléze oba jsou usmířeni a církev boží si ulehčila. Ostatní skutky jeho a dni nebylo potřebí zapisovati. Leč ušetř ho bůh a odpočívej v pokoji. Amen. — Počítá se pak od volby jeho až do dne smrti jeho lét sedmnácte a půl. Než o tom zatím dosti. Dále, jakož shora praveno jest, Vladislav povýšený na knížete panoval od ochtábu sv. Vita až do svátku sv. Mikuláše. Zatím zemřel jest cisař Jindřich v Apulii, a pan Přemysl a přívřzenci jeho, totiž Černín a jiní mnozí zvěděvše o jeho smrti, táhli ku Praze ozbrojeni, připraveni jsouce buď zemříti, buď zjednatí sobě chleba a pánu svému Přemyslovi knížetství. Jim naproti vytáhl Vladislav kníže s biskupem svým, s opaty a jinými muži dobré rady, a ač měl nevyrovnané vojsko, přece ustoupil jednak pro dobro míru, jednak z bratrské lásky, a smlířil se s bratrem svým v ten spůsob, že oba zároveň onen na Moravě, tento v Čechách panovati budou, a aby, majice oba jednu mysl,

¹⁾ Srovn. Erben Reg. I, 198 a 209. — ²⁾ 22. Čna. — ³⁾ 6 Pros. — ⁴⁾ 28 Září. — ⁵⁾ procedut 1.